



V. 2^f T.

(cat. 4, 57. 58.)

Fusilli:

1. Tabula legum statutorum et civium acad. Jenensis. (Jena 1745.)
2. Leges et statuta acad. Jenens., nec non et edicta et. s. l. k. a. Jena. ¹⁷²⁴⁻¹⁷⁴⁶.
3. Summa legum ac statutorum academiae Jenensis De moribus et studiis scholasticorum. s. l. k. a.
4. Disputatio in uulnere Abayaba. s. l. & a.
5. Summa legum ac statutorum quibus civium acad. Jenens. mores et studia diriguntur. s. l. a.
6. Opuscula abhoffnungi dehoffnungi. Ueber die Kriege und die Kriege. Quellen Lat. abhoffnungi.
Jano 1681.
7. Pennalismus prescriptus prosclegatusque ab academia Jenensi. Jena 1681.
8. Proscriptio abhoffnungi dehoffnungi. Quae u. batruffauit. (Janu 1724).
9. Johann Georgens duell. Marburg. 1714.
10. Programma quo ducum Saxonie edictum aduersus astamina singularia promulgatur.
Jenae 1709.
11. Programma de compositionum tubarumque et tympanorum abusu vitando. Jenae 1712.
12. Programma quo reen. principis interdicta aduersus renationes civium, et instru-
mentorum bellicorum, ignisque pulvri usurpationem eduntur. Jena 1714.
13. Progr. de rectoratu. Jen. 1613.
14. Relegatio Bornemann et Unorpii. Jen. 1653.
15. Progr. de pennalismo. Jen. 1653.
16. Academicae Jenensi decultu Divino in templo acad. per Caspa Sagittarium matutinis
Dominicae, Diu horis inchoato gratulantes Sagittariani convictores. Jen. 1684.

S

**TABVLA
LEGVM, STATVTORVM,
EDICTORVM AC FORMVLAE
IVRISIVRANDI CIVIVM ACADE-
MIAE IENENSIS.**

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA



I.

SVMMA LEGVM ACADEMICARVM.



Vm nemo laudem boni cuius in academiis posse tenere, nisi partes officiorum, qua per leges diuinam omnibus sunt prescripta, studiose impletat, primum singuli, qui apud nos studiis nomen dederunt, pietatem erga Deum priuatim ac publice, celebrando rite dies sacros ac festos, exercento: deinde modestia atque integritati, qua alii debetur, stumento: aequitatem in contractibus colunto, et fidem pactorum pie inviolatique seruanto: conuiciis, calumniis, vellicationibus et iniuria omni penitus abstinentio: suum cuicunque locum et honorem tribuunto; praecipue vero Rectori ac Professoribus obedientiam, honorem ac gratum animum praestanto; erga peregrinos vero modeste ac tranquille se gerunto: tum officiorum quoque erga se ipsos memores, litteris, propter quas discendas missi sunt in academiam, constantem diligentiam consecranto: temperate et sobrie agunto: commissationes compotationsque fugiunto: nec conuicia sub discessum, aut alia occasione instituunto: castimoniam constanter seruanto: etiam in vestitu ac cultu grauitatem quandam prae se seruanto.

II. Ut sciat, qui et unde in academiam venerint: quotquot in ciuitatem nostram suscepimus, intra proximum ad adventum seu triduum, nomen apud Rectorem singuli profitentor, albo publico inscribendum: seque bona fide fundatoribus academiae fideles; Rectori dicto audientes; legibus obtemperantes fore, nisi minores annis XVIII aut illustri familia orti sunt, iurant. Qui non fecerit, ne toleretur in oppido, coniunctusque et habitaculum illi denegetur, ac si quid commiserit, eo grauius puniatur. Omnes ac singuli, imprimitis vero hisce distinctionibus subiecti, nisi docuerint, apertos se studiis academicis iudicatos, ne recipiantur.

III. Vt aduenientium profectus in studiis explorari, et qua cuique doctrinae audiendae sint, iudicari queat: qui nondum alibi ritibus depositionis, quos vocant, initiati, nec aliquo gradu academico ornati sunt, more maiorum, antequam in numerum ciuium studiosorum recipiantur, hoc in rito initiantur, et a Professorum vno pluribus in eorum studia profectusque inquiratur. Qui vero iam initiatos se ferunt, idoneo id testimonio confirmant. Ni fecerint, in concilio senatus caussam dicere iubantur.

IV. Recens academiam ingressi, ad grauiora, sive theologia, sive jurisprudentia medicaeque artis studia, illotis manibus ne ruonto; sed prius consilia Professorum philosophiae, qui profectus explorant, secuti, philosophiae, linguis, historia, aliisque litteris humanioribus, diligenter operam nauant, ac praecipue Professorum scholas, publicas in primis, frequentant.

V. Nemo vestes mutando aliam personam induat, nec interdiu cubiculari tunica vestitus prodeat in publicum: qui fecus fecerit, grauiori poena, etiam si res ita ferat, proscriptiois academicæ adficetur.

VI. Nemo veteranorum a iunioribus, vlo prætextu, compotations, conuicia, pecuniaria, seruitia, aut quidquam aliud exigito: nec verberibus, verbis, aliae ratione eos exagitato. Neque nouiti horum aliquid admittant; aut alio, quam honesto, et qui veteranis in vsu est, vestitu vtantur, neque illa ratione penalismum, quem vocant, foueant subeantque. Delinquentes, nullo habito personarum discrimine, tanto grauius coercebuntur, quanto cum grauiore aliorum iniuria coniunctæ fuerint ista agitationes. Qui hoc genus delicti vlo modo iuuerit, inspererit, probauerit; et itidem, pro ratione delicti, merita poena adficetur.

VII. Omnes tumultuum occasiones vitanto, nec eiusquam ædes oppugnanto; aut vim iis inferunto: nec in plateis, aut alibi turbas excitanto. Qui aliquid horum fecerit, pro delicti modo poena graui adficetur.

VIII. Clamores quoque et boatus illi barbarici, tam domi, quam in plateis et suburbis, diurnæ item, nocturnæque discursationes, nec non vociferationes intempestivæ, quibus felicem amicis noctem grassatores precantur, penitus prohibita sunt. Cantica

tica bacchea, et fescennina, aliaque compotationibus adcommodata carmina neque in mufeis, neque locis in publicis concinere cuiquam licet. In delinquentes carcere; aut vbi enormius peccauerint, sapisue deprehensi fuerint, relegatione animaduertetur.

IX. Bombardas, aut sclopeta gestare, solis peregre profecturis; eadem vero intra oppidum, aut in suburbio displocere, nemini proflus fas esto. Gestantibus ea adimetur, multaque, aut poena carceris, displocentibus relegatio irrogabitur. Quisquis præterea ex incuria, aut fraude mala nocuerit rebus, vel animalibus cuiusquam: pariterque, si quis canes aluerit noxios, et hi vel homini, vel alterius animali damnum dederint, defariendo isto æque, ac poena tenebitur.

X. Ferarum auiumque venatione et capture penitus abstineatur, quippe facinore, principum ac magistratum iura, illaque insignia proflus temerante: nemo quoque agros, hortos vineasque depopulet, nec olera quisquam, fructus, vuas rapiat; sed in penitus abstineat: qui fecerit, seueru punietur, ad damnum insuper, quod dederit, refarcendum adigendus.

XI. In suburbis neque musea, neque mensa conuictusue certus atque ordinarius conducantur; mulier minus cuiquam fas esto, habitare in fecessibus hortorum: lumina autem semper gestentur caute, nec maiora ædibus, nisi extincta, inferantur atque alliduntur.

XII. Nemo in Sala flumine lauet, natetque: qui haud paruerit, præter vitæ periculum etiam magistratus animaduersiōnem incurret.

XIII. Atque hæc omnia non modo ipsi, qui a studiorum cultu nomen sibi inueniunt, ne faciunto; sed nec famulis suis permittunto.

XIV. Frequens discedentium ex hac academia comitatus, vt periculi damni plenus, penitus intermittoit: tantum abeft, vt fas nostris esse debeat, tubarum clangore augere pompam, et, ad spectaculum turba conuocata, procedere per forum, vrbis que itinera. Qui comites se præbent, carcere, grauiori vero abeunt, et qui præterea agmen ducunt clauduntue, poena coercebuntur.

XV. Nihil typis excludatur, nisi a Decano facultatis, aut Professore, cui censendi cuiusque scripti potestas est, visum ante, probatumque et permisum fuerit.

II.

SVMMA EDICTORVM SERENISSIMORVM PRINCIPVM ET SENATVS ACADEMICI.

I.

N VLLVS ciuium nostrorum, speciatim ob qualemcumque tantum offensionem, levissimas ob causas, sape ludicas, posthabitis post admonitionibus et animaduersiōnibus nostris lenioribus abusus, in posterum manum conserat cum altero: qui fecerit, seu ipse prouocauerit ad certamen, seu fuerit prouocatus, a nostrorum societate publica statim arcebuntur relegatione, aut alia, non minus graui, poena adscicietur.

Lege interdictum academicum editum d. XXVI. mart. A. O. R. M D C C XXX.

II. Omnes turbas academicas earumque occasiones vitanto. Nec quisquam, vbi seditio facta fuerit, ad istam alendam concurrere, milites, cosque, qui ad audaciam seditionis forum hominum coercendam sunt constituti, ladrere, ludico sermone insectari, aut alia ratione, quo minus sua obire possint munia, impidebit debet, ne, si secus fecerit, in carcere rediatur, debita poena adfligendus: quam in rem exstat.

Tabula serenissimi Principis aduersus concursationes et turbas academicas publicata d. VI. nou. M D C C X V.

III. Nec quisquam ciuium nostrorum inducat animum, in campis, aut filiis aues ac feras scelopis, vel canibus persequi; ne vbi contra fecerit, ex edicto ducale a nemorum et venatoria rei præfecti seruilitate excipiatur, et si necesse sit exigat, globis ignis perturbar, etiam in custodiā traditus grauior adsciciatur poena:

Lege interdictum serenissimi Ducis Ienaensis contra venationes ciuium, quod programmata MDCCCL publicatum fuit.

IV. Nationalismum, academiæ pestem, compotationes, senioris titulum, aliaque, quæ cum isto coniuncta fuerint, mala omnes, qui nostra fruuntur ciuitate, ex animo exscrent, nec quidquam medientur, agantue, vel patiantur, quod pestem hanc fouendi, aut suscitandi occasionem possit suppedicare, ne, quando voluntati serenissimorum Principum ac bona disciplina aduersantur, seueram sentiant poenam:

Huc speclar tabula germanica eaque academica, qua d. XXII. iun. M D C C XXIV. Interdicta serenissimorum Ducum aduersus nationalismum sine publicata.

V. Abstineant ciues nostri non modo a leporum ac ferarum occisione: sed etiam quocunque scloporum machinarumque bellicarum festis præcipue ac vindemiarum temporibus vnu ac gestatione in ipso oppido arque suburbis: in vineis vero etiam abusum pulueris accensi devinent: cuius interdicti contemtoribus animaduersiones seuerissime atque a nullo delinquentium euitandæ statutæ sunt:

Lege interdictum academicum contra huiusmodi turbas in vrbe et vichi, sacris præfertim temporibus datas, editum d. XXI. octobr. M D C C X IV.

VI. Quicunque siue in vrbis nostræ itineribus; siue in suis aliorumque conclavibus; siue in popinis; aut vicis; siue in locis atque temporibus sacris turbulenti, aut impii aliquid, siue clamando; siue cantando; siue ollas profligendo; siue alias modis se haud decenter

center gerendo admiserint, eo quo par est, rigore coercantur, carceris, relegationis atque exilimonia sua periculum sua vtiue culpa in posterum adituri:

Vide programma academicum contra tumultus nocturnos, editum d. xiiii. septembr. M DCC XI et interdictum adversus profanos in templis spatiatores, sacrorum solemnium turbatores, clamatores infiper et cantores molestos.

VII. Abusus et usus quicunque verbi per se haud noxiū vivat! quatenus is cum vociferatione ac turba coniungitur, penitus ac in vniuersum est prohibitus: et hospitiis quidem choroque tumultuantī praecentibus; vel ante ceteros se profitentibus re-legationis publica; reliquis vero carceris, aut multa grauissima poena decreta est. Nec dissimilem posthac animaduersiōnem incurrent, qui vel cornu venatico; vel tubo illo stentoreo, quem acousticum vocant; vel tuba, aut lyra etiam cantu iynnodico; vel deieciōs atque exonerans vteribus complofisio manibus; vel quibuscumque aliis modis tranquillitatem nocturnam, immo quoque diurnam turbauerint:

Hanc in rem existat programma academicum contra abusivo vocabuli vivat d. xiiii. septembr. M DCC XVI.

VIII. Qui aliorum nuptiis et coniuiciis ad suam lasciviam et audaciam abutuntur; seque in aedes ipsorum et conclavia ingerunt, patinasque et pocula impudenter exhausti; quin et choreis et lufibus coniuicarum cum rixis plerumque et contentionibus se se immiscent, a poenitentiis haud immunes ac liberi erunt:

Vide interdictum senatus contra mepitiarum conditorum turbationem d. xvi. april. M DCC XXI.

IX. Seuera quoque poena illis decreta est, qui profano animo, terminata vix con-cione, et seruatoris sanctissimi dapibus in ara adhuc diuinā administratis, in media templi area, testis plerumque capitibus atque gestibus indecoris discurrunt; aut auditores suis deambulationibus ac sermonibus turbant; aut in aedibus sacris subsellia, exclusis posses-foribus, sibi vindicant.

Legi interdictum academicum aduersus sacrorum solemnium turbatores, profanos in templis spatiatores, d. vi. mar. M DCC VIII.

X. Qui temeraria militum prouocatione et vexatione suam aliorum innocencium simul salutem in discrimen adducere, lapides gladiis ferire, ardentēs faces iaculari; aut alia quacunque ratione tranquillitatem et securitatem publicam lēdere sustinent, societate nostra academica indigni iudicabuntur:

Exstat hanc in rem interdictum academicum publicatum d. vi. nov. M DCC XVIII.

XI. In locandis et conducendis conlaubis ab utraque parte iustum atque æquum obseruandum est, siue quis huiusmodi contractum suscipere; siue mutare velit, ne alteri damnum quoddam infaturat. Primum quoque coniunctus rite folendum est, ac qui doctoris cuiusdam scholas in auspicio recitationum per octo, aut decem dies frequenter, ad premium ipsi exhibendum obligatus tenetur. In his vita partibus quid speciatim sit praestandum, monstrat

Tabula germanica senatus de locatione et conductione conlaubium et lectorum, cetera, publicata d. xx. mar. M DCC XX.

III.

FORMVLA IVRISIVRANDI, QVO IN CIVIVM NVMERVM RECIPIENDI FIDEM SVAM OBSTRINGVNT.

EGO N. N. IVRO

Primum, me Fundatoribus huius academiae, Serenissimis Principibus, Ducibus Saxonie, neque ipsum, neque per alium villore modo detrimentum allaturum.

Tum, in regenda disciplina me obtemperaturum huius academiae legibus ac statutis, in primis Serenissimorum eiusdem Nutritorum editio in duella fancito; reuerentiam quoque habiturum debitam Rectori magnifico et Professoribus.

Tertio, me adhibitum diligentiam in descendo dignam persona academicā, et scholas mihi necessarias auditorum sedulo.

Quarto, iniuriam mihi factam consulto nec ipsum, nec per alium me vindicaturum, sed super illa imploraturum auxilium Rectoris.

Quinto, nationalismum iterum solemnibus editis Serenissimorum Nutritorum M DCC XXV: seuerissime prohibuit ex animo me execraturum, neque ad hanc academiam pestem fouendam, vel resuscitandam quidquam agendo, vel patiendo collaturum.

Denique, si quid delinquerem; aut aliqui haberem controuersias cum alio, me acquieturum in sententia, quam Rector academiae dixerit, quique præterea caussam cognoscunt. ITA ME DEVS ADIVVET!

Præstito iuramento anno 1745. d. 18 Maj. fidem atque obsequium promisi, inque numerum studiosorum Iepensium receptus est Johannes Gottlob Henrici, Budiginensis.

sup:
Io quod testor ego Jo. Rudolpho Enge
H. C. A. S. T. Prosector

Yo. 416. 2°

ULB Halle
003 899 721

3



56.

1078

VS 17

n. 1

TABVLA
LEGVM, STATVTORVM,
EDICTORVM AC FORMVLAE
IVRISIVRANDI CIVIVM ACADE-
MIAE IENENSIS.

Inches	1	2	3	4	5	6	7
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7
B.I.G.							
	Farbkarte #13						
Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color
							Black
							